UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Lege Aquilia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

ɪ de ſer.ruſti.pred.l.ij.§.ſi aqueductus.Sol.† Aut ex eo qđ concedit ſecundo,nocet priori,ꝛ non valet cōceſſio,vt in primis allegationibus. Aut priori non nocet,ꝛ valet conceſſio,vt in ſecūdis allegationibus.Et ita fuit determinatū Bononie,in queſtione inter fratres Predicatores ꝛ Minores,cum commune prius conceſſit aquam fratribus Minoribus,ꝛ poſtea conceſſit Predicatoribus, vel econtra,quod potuerūt facere,ex quo aqua ſufficiebat vtriqꝫ. ¶ Quero vtrum ille,cui conceſſa eſt ſeruitus poſſit alij concedere:Dic vt in glo.ꝛ bene.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Concedi alteri.Si conceſſi aqueductuꝫ vni,an poſſim poſtea concedere alteri,vide Bar.in d.l.in concedendo.ꝛ in l.quominus.in fine v.queſtionis de flumini.ꝛ quod not.Barto.in l.per agrum.j.eodem.

LEX V.

SI quid pars. In confeſſoria venit, vt res in priſtinum ſtatum deducatur,ꝛ damnum reſarciatur.hoc dicit.

LEX VI.

PReſes prouincie. Omnis charitas bene ordinata incipit a ſeipſo. Ad hoc allegatur iſta lex,ꝛc.

LEX VII.

SI manifeſte. In aqueductu antiqua conſuetudo ſeruanda eſt.h.d.Gl. inducit iſtam legem in argumen.ad queſtionem de molendino,de quo non tangitur niſi hic,ꝛ in l.ſi quis ex argentarijs.§.ſi initium,de edēdo.ꝛ l.quominus.ff.de flumi.ꝛ ibi hec omnia,ꝛ multas alias queſtiones,ꝛ quicquid poteſt in illa materia occurrere, intendo tractare in repetitione illius l.quo minus.

LEX VIII.

a **ALtius.** Solum eſt[a] liberum vſqꝫ ad celum,niſi ſeruitus ſit impoſita,ꝛ in pariete alterius ne
* mo poteſt feneſtram facere.*h.d.iſta lex,ꝛc.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Altius,ſolum eſt.Limita iſtam regulam nouem modis,vt per Cepo.in tracta.ſuo ſerui.predi.ruſtic.in titu.de ſolo ſeu area.ꝛ xxxix.ꝛ quarum limitationū refert quatuor Iaſ.in l.ex hoc iure.in ver.no.ibi edificia tollere.ff.de iuſti.ꝛ iur.ſe extendit circa limitationem de eo qui ob inuidiam vel odium vellet edificare.ꝛ vide iſtam legem aliter per Alex.conſi.xv.in princip.vo.v.ꝛ Panor. conſi.lvij.in ij.dubio.in ij.vol.ꝛ vide quod ſcripſi poſt Bar.in l.quero.ff.de ſer.vrb.predi.ꝛ Alex.cviij.vol.ij.ꝛ clxxxiij.eod.volumine ij. P.PAV.P. ¶ Solum eſt.Limitant hic Cynus,Ray.ꝛ Salice.niſi quis edificaret non propter ſe,ſed ad emulationem vicini.Facit ꝙ vult ſingulariter Bal.in l.j.C.qui teſtamen.facere poſ.quicquid dicat ibi Ang.facit quod dicit Barto.in l.quominus.in prima queſtio.ff.de vſufruct.ꝛ quod dicit Bald.per illum text.in l.cum allegas.C.ne fiſc.vel reſpubli.ꝛ quod dicit Paul.reprobando Angel. ibi in l.cum eo.ff.de ſeruit.vrb.predi.Uide Bald.in l.item lapilli. ff.de rerum diuiſio.Preſumitur edificare propter ſe,non propter emulationem vicini.De quibus omnibus vide late Alexan.conſ. cccxvij.ꝛ quod in dubio preſumitur ad ſuam vtilitatem facere,vide Alexā.conſil.cccxxxvij.Uide Cepo.in tracta.ſeruitutum vrba. capi.lxij.de feneſtra.ꝛ in c.xxxvj.de ſerui.ne lumi.offic.in vij.queſt. vide omnino late Iaſonem in l.ex hoc iure.ff.de iuſtit.ꝛ iure.circa iſtam regulam ꝛ predicta.Item an ad emulationē priuati liceat, vide etiam Iaſon.in l.ij.C.ne fiſc.vel reſpublic.quam legi cum rubri.illius tituli,vbi etiam ponit de duobus fratribus,habentibus caſtrum commune,an liceat vni ad emulationem alterius vendere partem ſuam.Et vide late eundem in lege quo minus.de fluminibus.

* ALEX. ¶ Feneſtram facere.Limitatur hic per Bald.

LEX IX.

ɪ ☞ Dicens ſeruitutem non deberi,habet intentionem fundatam de iure communi.

SI in edibus. Qui edificauit contra debitā ſeruituteꝫ cogitur tollere,alias non poteſt prohiberi altius edificare.hoc dicit. ¶ Nota
ɪ ex hac lege,ꝛ l.precedenti† quod fundata eſt intentio de iure communi eius,qui dicit ſeruitutem non deberi,ſiue ſit actor,ſiue reus, vnde aduerſario incumbit onus probandi,vt in iſtis duabus legibus.De quo in l.ſicuti.§.ſed ſi queratur ſi ſeruus vendi.ꝛ plene dixi in l.ſi prius.ff.de no.ope.nun.

LEX X.

SI tibi. Quilibet in ſuo poteſt facere quod vult,niſi faciat contra debitam ſeruitutem,hoc dicit.

LEX XI.

a **PEr agrum.** [a] Non poteſt quis ire per agrū alienum, ſi per viam publicam ire poteſt.hoc dicit.Uide glo.que facit ad queſtionem. Tu ab initio duxiſti aquam ex flumine publico ad domum in qua habes vnum molendinum.Et ego ex alia parte duco ex eodem flumine aquam ad aliud molendinum,cū tanta ſit aqua que ſufficit vtrique, tu vis me impedire dicens,quod in domo tua vis ponere plura molendina,certe non potes. Debet enim inſpici modus ab initio ſumptus,quia tantum pro vno molendino ducebas,nec debes curare quod poſtea debeat augeri,ꝛc.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Per agrum vide ea que habentur ꝛ etiam que not. Bart.in l.j.ꝛ ij.ne quid in publico.

LEX XIII.

SIcut vſumfructum. Seruitutes [...]les non vtendo perduntur ſpacio longi temporis.

LEX XIIII.

CUm talis. Iſta eſt ſingularis lex Breuiter dicit. Seruitus, que habet
a vſum diſcontinuum. perditur tempore duplicato,[a] hoc dicit,no.lex eſt ad multa. ¶ Opp.ff.quemadmo. ſer.amit.l.ſi ſic.Gl.ſoluit tene ſolutionem Io.hic poſi
ɪ tam.† Iſta lex facit ad queſtionem de epiſcopo,qui debet habere viſitationem vna die cuiuſlibet anni,in monaſterio,vt iſtud ius nō vtendo pereat tempore duplicato,ꝛc.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Tempore duplicato.Bald.ꝛ Ang.in l.cum notiſſimi. §.in his.de preſcript.xxx.anno.tenent ꝙ iſtud tempus nullo modo poſſit tranſcendere triginta annos.

a **§. Cum autem apertiſſimi.** Et forte iſte.§. [...] eſt alibi ſecundum vnam lect.que dicit,Si area non poteſt habere ventum, niſi ex vna parte, predio vicino ipſo iure ſeruitus eſt impoſita ne altius tollatur,ꝛ ventum impediat,hoc dicit.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Cum autem apertiſſimi. Uide que ſcripſi poſt Ang. in l.ſi prius.ff.de oper.nou.nun.ꝛ pro ſing.alleg.ibi Imol.in fi.allegans poſt Bart.in ij.opp.tertie partis.alios caſus,in quibus ipſo iure ponuntur,vide in l.j.in fine,cum.ſequen.de aqua plu.arcen.

De lege Aquilia. Rubr. XXXV.

LEX III.

EX morte. Ex morte ſerui poteſt agi ciuiliter et criminaliter.hoc dicit. ¶ Tractat gl. hic materiam.l.j.j.quando ciui.actio.crimina. preiudic. ꝛ ibi etiam dixi.ꝛ dic vt ibi,ꝛ l.ij.§.j.ff.vi bo.rapt.

LEX IIII.

a **COntra negātem.** [a] Actio legis Aquilie creſcit contra inficiantem,hoc dicit.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Contra negantem.Et hanc legem limita, vt ſingu.dicit Bar.in l.idem.§.j.de vſufructu.accreſ.Bal.in l.ea que.de cond. inde. ꝛ ibi etiam dicit quod ab hac pena excuſatur quis propter iuſtum errorem.ꝛ ibi etiam ſubdit quod ſi pro damno dato agitur criminaliter,non creſcit per inficiationem. ꝛ vide que dixi. Barto.in l.eum qui.de iureiu.ꝛc.

LEX V.

DE pecoribus. Uide gloſſam.Iſta gloſ.nihil dicit, qꝛ ad hoc vt competat directa actio legis Aquilie oportet quod detur damnum de corpore in corpus,quia verba legis Aquilie in primo capite dicunt. Si quis hominem, quadrupedem,vel pecu

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

pecudem occiderit. In ſecundo dicit, ſi quis arſerit, fregerit, rupe‑rit, ⁊c. ⁊ ſic loquitur quando datur damnum de corpore in corpus, ⁊ tunc datur directa, alias autem vtilis, quia non haberent locum hec verba hoc dicunt omnes leges allegate.

Familie erciſcunde. Rubr. XXXVI.

LEX I.

SInonomnem. Si quid hereditatis nõ eſt diuiſum, hoc iudicio agitur vt diuidatur, hoc dicit. ¶ Oppon. ff. eod. l. ſi filia. §. familie. Tene vltimam ſolutionem quod hic prima diuiſio fuit facta extra iudicium, ⁊c.

LEX II

a **VXor tua.** [a] In hoc iudicio filius deducit precipuam dotem vxoris ſue viuentis, vel poſt mortẽ patris defuncte. h. d. ¶ Quero quid ſi vxor filij decedit in vita patris. Cyn. tangit hic, ⁊ bene vt dixi tibi in l. j. de bo. ma. Dic vt ibi.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Vxor tua. Per Bartol. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ſoluto. matr.

LEX III.

ADuerſus. Hoc iudicium excludit crimen expilate hereditatis.

LEX IIII.

SIfiliusfamil. Caſtrenſia in diuiſione deducũtur precipua, ſecus ſi non ſunt caſtrenſia.

LEX V.

EAipſius. Voluntas vltima poteſt mutari tacite ⁊ expreſſe, hoc dicit.

LEX VI.

1 ☞ Nomina debitorum non diuiduntur, ſed aſſignantur.
2 Res immobiles per diuiſionem demonſtrantur.

a **EAque.** † Nomina per hoc iudicium non veniunt diuidenda, cum ſint ipſo iure diuiſa, [a] hoc dicit. ¶ Oppo. de l. plane. ff. eo. Solu. Nomina non veniunt diuidenda, vt hic, ſed veniunt aſſignanda, vt ibi. ¶ Oppon. quod idem videtur in rebus immobilibus, cum ipſo iure ſint diuiſa, quoniam quilibet ibi habet partem ſuam. Reſpon‑
2 deo. † Ille portiones, que ſunt pro indiuiſo, nõ poſſunt ad oculum demonſtrari, vt l. Meuius. §. duob. de legat. ij. Sed per diuiſionem
3 poſtea poterunt demonſtrari, non antea, † ſed in nominibus non poteſt fieri aliter diuiſio, quam facta ſit per l. xij. tab. hoc dicit.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Iure diuiſa. Vide aliquid per gloſſ. in l. bona. j. eo.

LEX VII.

SIqua. In hoc iudicio habetur ratio fideicõmiſſorũ ⁊ prelegatorum.

LEX VIII.

BOna. Pro pluribus hereditatibus diuidendis poteſt vnum fami. erciſc. iudicium intentari, hoc dicit, ſecundum lect. magis notabilem ⁊c.

LEX IX.

NOneſt. Hec actio eſt bone fidei ⁊ in ea habetur ratio fructuum, hoc dicit. Vide gl. que dicit quot modis accipiatur ti. quã no. ⁊ ſing. Doc. ponunt in l. cogi. §. de pet. here. quando repetunt illam, ⁊c.

LEX X.

a **QVoties.** Teſtator poteſt inter ſuos heredes diuidere [a] ſalua falcidia, ⁊ clauſula generalis terminatur per ſpecialem clauſulam precedentem. hoc dicit.

ADDITIO.

a ¶ Diuidere. Sed nunquid pater poſſit feuda vel caſtra diuidere inter filios preſertim pupillos. Bar. in c. j. in princ. de prohib. feud. alie. per Fed. dicit quod non, tamen ſi filius eſt eius heres, niſi ſeruet voluntatem patris, tenetur preſtare intereſſe. de lega. j. l. vnum ex familia. §. ſed ſi vno.

LEX XI.

INter filios. Hereditas patris debet diuidi equaliter inter filios.

LEX XII.

NOn ideo. In diuiſione non eſt neceſſaria ſcriptura. hoc dicit.

LEX XIII.

a **CErtum.** [a] Profectitia veniunt diuidenda, ⁊ debitum vnius fratris non onerat alios, niſi de eius peculio profectitio. hoc dicit.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Certum. vide in l. frater a fratre. iũcta gl. in ver. ſecutus. de condi. inde. An autem peculium profectitium veniat conferendum, Bar. quod non in l. filie licet. j. de col. vbi tex.

LEX XIIII.

1 ☞ Socius ſcienter accipiens rem alienam pro ſua parte in diuiſione, re euicta, non agit contra ſocium.

SIfamilie. Ex contractu diuiſionis obligatur quis de euictione, quatenus ſocius habet de parte conſocij. h. d. ¶ Oppo. j. commun. ⁊tri. iudi. l. ſi fratres. Sol. Ibi ſcienter vnus accepit pro parte ſua rem alienam, hic ignoranter, ⁊c. ¶ Contra hoc oppon. ⁊ videtur ꝙ etiam quando vnus ſocius accepit rem alienam ſcienter, alter ſocius teneatur de euictione ſaltem vt reddat quod ad eum peruenit de parte ſocij. ſicut dicimus in venditore, qui ſaltem tenetur ad reſtituendum pretium, etiam eo caſu quo conuenit vt de euictione non agatur, vt l emptorem. §. fin. de actio. emp. Solu.
a Dicit glo. [a] quod aliud eſt in diuiſione, quo caſu vterque videtur
1 † in ſe ſuſcipere periculum ſue partis, quod eſt notandum. [b] Facit
b ad hoc arg. §. de tranſac. l. de fideicom. vide hanc gloſ. ⁊ no. quia eſt ſingularis, ⁊ tene menti. ¶ Oppon. ff. de leg. j. l. ſi domus. §. j. Solu. Ibi loquitur in re legata, hic in re, que ex diuiſione obuenit, ⁊ ſic eſt ſeparata mater. ¶ Item oppo. de l. cum pater. §. euict. ff. de leg. ij. Solu. Ibi diuiſio fuit facta a teſtatore, hic a iudice, vel a parti‑
c bus. ¶ Quero, ⁊ eſt not. queſtio. [c] Ponamus † quod in diuiſione
2 vni ex fratribus obuenit vnum podere totum proprium, quod in quibuſdam partibus vocatur allodium, alteri vero fratri obuenit podere, vel fundus emphyteuticus, contingit quod ille frater, cui obuenerunt res emphyteutice, eſt mortuus, relicta filia femina, vnde dominus ſecundũ l. contractus auocat illas res. Quero an poſſit agi contra fratrem de euictione. Gloſ. determinat quod de euictione agi non poſſit, niſi ſtipulatus eſſet expreſſe. Vide iſtam gloſ. ⁊ tene menti, quia ſingu. eſt. do. Rich. mal. intelligit iſtam gl. quando expreſſe ſtipulatus eſſet de euictione in hunc caſum, alias ſi ſimpliciter eſſet ſtipulatus, cum ſciret bona eſſe feudalia, ⁊ ex natura feudi euinceretur de euictione non ageretur, ar. ff. de heredi. vel actio vend. l. nomina. j. de dona. l. ſpecie. facit. ff. lo. l. ſi quis domum. §. j. de dam. infect. l. damni infecti ſtipulatio pertinet. in princip. Hic non ſunt alia.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Sol. dicit glo. limita iſtam glo. vt per Alexan. in l. qui rome. §. duo fratres. verſicu. in eadem. ibi, niſi fuerim ſciens. de verborum obligationibus.

b ALEX. ¶ Quod eſt no. tene menti ſingulariter glo. ⁊ vide Bart. in l. qui rome. §. duo fratres. in xj. queſtio. de verborum obligation. latius in vltim. queſt.

c ALEX. ¶ Nota queſtio. Not. pulchram queſt. in gloſſ. in materia feudi. Adde tamen quod dicit Bal. in ca. j. §. preterea ducatus. de prohibit. feudi. alien. per Fede. quod duo fratres marchiones diuidunt. Sed hoc qualiter intelligi debeat, vide in cap. imperator Lothar. in vſi. feu. P. PAV. P. ¶ Not. queſt. Vide Alexand. conſi. xxj. volu. v. Vide Are. conſil. iij. vbi etiam dicit quod ſi eſſet feudum antiquum non prohiberetur frater, qui iſto modo diuidendo promiſiſſet non contrauenire ⁊ renunciaſſet cuicunque iuri quod haberet, vel habere poſſet, vel ſperaret ſuccedere alteri fratri. Sequitur dom. Ja. de ſan. Geor. in ſua inueſtitura feudali circa quod vide Alex. conſi. xiij. vol. v.

LEX XV.

SIdiuiſionem. Ex pacto nudo diuiſionis non oritur actio, neqʒ trãſfertur dominium, niſi traditione ſecuta. hoc dicit. Non ergo ex pacto hoc fiet, ſed fit per officium iudicis.

LEX XVI.

FIlij. Iudex diuidendo inter liberos debet ſequi voluntatem defuncti, etiam non ſolennẽ, hoc dicit. Videbitis de hoc j. eod. l. fin.

LEX XVII.

COheredibus. Diuiſio facta inter ſocios, alijs ſocijs abſentibus non preiudicat hoc dicit.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN